quarta [1] pars computatione facta puræ [2] substantiæ ejus usque ad minimam quantitatem mulieri detur. Eodem modo servando & in mulieribus [3], quæ indotatæ constitutæ, [si] sine culpa mariti, constitutionibus cognita eos repudiaverint, vel ipsæ culpam innocenti marito præbuerint: ut ex [4] utraque parte æqua lance, & æquitas & pœna servetur. Hoc lucro quartæ partis, filiis quidem non extantibus, ipsi viro & mulieri competente, & ab his quomodo voluerint, disponendo: Filiis autem, & deinceps personis ex eodem matrimonio intervenientibus, ei servando ad [5] similitudinem dotis, & propter nuptias donationis per omnia quæ super his statuta sunt. §. 2. Inter culpas autem [viri, &] uxoris constitutionibus enumeratas & has adjicimus, *si forte uxor sita ope, vel industria abortum* [6] *fecerit, vel ita luxuriosa* [7] *est, ut commune lavacrum* [8] *[cum] viris libidinis causa habere audeat: vel*, dum [9] *est in matrimonio, alium maritum sibi fieri conata fuerit:* & in his enim casibus locum habere constitutiones fancimus, quæ de culpa tam mariti quam uxoris loquuntur: ut quemadmodum dos, vel donatio propter nuptias perit, ita & mulieres indotatæ in quartam partem, quam & viris & mulieribus ex hac lege destinavimus, amittionis periculum sustineant: Judicio *de moribus* [10] (quod antea quidem in antiquis legibus positum erat, non autem frequentabatur) penitus abolito. Omnibus etenim causis requisitis, & perlectis, quas antiquitas introducebat, nihil validum præter eas quas anteriores constitutiones, & præsens dispositio introduxit, invenimus. Dat. 12. Kal. DN. JUSTIN. A. II. CONS. 528.

Ne liberi matrimonium disturbant in fraudem parentum.

12. Imp. JUSTINIANUS.

VUlt [11] constitutio [12] neque sub potestate constitutos, neque sui juris filios, neque masculos, neque fœminas posse distrahere matrimonia in suorum læsionem a patrum aut matrum, qui dotes, aut antenuptiales donationes obtulerunt, vel susceperunt. Sed sicut in contractu nuptiarum expectamus patrum [13] consensum, ita neque transigere [14] matrimonia sinimus in parentum læsionem citra illorum voluntatem. Sed & si mittatur repudium, competere contra eos exactionem pœnarum non sinimus, sive ipsi dederint hoc, vel susceperint, sive etiam cum aliis susceperint, parentem quidem contra voluntatem filii non posse transigere matrimonium, filiis autem permittere, & in minori ætate constitutis, & neque quid utile sit scientibus citra patrum voluntatem solvere matrimonium, & ex hoc parentes lædere. Hoc autem bene quidem inchoans philosophissimus [15] fancivit Marcus: Diocletianus autem hunc secutus est: nos autem similiter approbavimus.

TIT. XVIII.

SOLUTO [16] MATRIMONIO QUEMADMODUM [17] DOS PETATUR [18].

De ancilla & partu ejus.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Gemillæ.

DUbium non est, post æstimationem dotis, pactione vel stipulatione interposita, *Ut* [19] *si ipsæ res dissoluto matrimonio extarent, uxori redderentur*: & ancillas cum partu ex stipulatu judicio restitui oportere. PP. 3. Idus Aprilis, LATERANO & RUFINO CONSS. 198.

De patre mulieris, & de fisco.

2. Iidem AA. Aquiliæ.

SEcundum rationem juris existimas restitui debere dotem a fisco, qui bona damnati [20] patris tui fiscepit [21]. Licet enim viro quondam tuo pater tuus heres extiterit, attamen juri tuo hoc derogare non potest: cum & ipse pater sine [22] voluntate tua, nec exigere, nec accipere dotem poterat. Dat. Prid. Non. April. APRO & MAXIMO CONSS. 208.

De matrimonio opinato.

3. Imp. ANTONINUS A. Hostiliæ.

SI ignorans [23] statum Erotis, ut liberum duxisti [24], & dotem dedisti, isque postea servus est judicatus; dotem ex peculio recipies: & si quid præterea cum tibi debuisse apparuerit. Filii autem tui, ut ex libera nati, incerto [25] tamen patre, spurii [26] ingenui intelliguntur. PP. 3. Kal. Septemb. LÆTO & CEREALE CONSS. 216.

De dote profectitia, & morte mulieris.

4. Imp. ALEXAND. A. Apollonio.

DOs [27] a patre profecta [28], si in matrimonio decesserit [29] mulier filiafamilias [30], ad [31] patrem redire debet. PP. 18. Kal. Septemb. FUSCO & DEXTRO CONSS. 226.

De captivitate uxoris, & morte ejus.

5. Impp. VALERIAN. & GALLIEN. AA. & VALER. C. Tauro.

SI quidem vivit apud hostes uxor tua: nondum frater ejus quasi heres dotem repetere potest. Si vero diem functa [32] est, & hereditatem ejus possit vindicare: dotis quoque repetitio ei jure competit, cum [33] in stipulatum deducta sit. PP. 2. Non. Maji, ÆMILIANO & BASSO CONSS. 260.

Tam marito quam uxori in rei dotalis æstimatione decepto succurritur. Salic.

6. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Alexandræ & Neroni.

SI circumscripta matre vestra, viliore [34] pretio dotales res æstimatæ sunt: quid super hujusmodi contractuum vitio statutum sit, vulgo patet [35]. Proinde si dolosis artibus mariti circumventam matrem vestram, inque ea [æstimatione circumscriptam,] apud Præsidem provinciæ evidentibus probationibus ostenderitis: quando vobis possidentibus ad obtinenda prædia etiam doli mali exceptionis potestas opituletur: sciet quatenus religionem judicationis suæ temperare debeat. † Sin autem etiam maritus [36] in æstimatione gravatum se alleget; veritate examinata, non amplius quam pretium justum restituere compelletur. Hæc tum locum habent, cum res [37] in natura sunt: si tamen extinctæ sint, pretium, quod dotali instrumento inditum est, considerabitur. PP. 7. Kal. Nov. ipsis AA. CONSS. 287.

An pater possit pecuniam vel dotem adimere.

7. Iidem AA. & CC. Erotio.

FIliæ pecuniam [38] adimere, quam habes in potestate, minime prohiberis. Nam si pro ea dotem dedisti: hanc constante matrimonio, ne [39] consentiente quidem ipsa: matrimonio autem dissoluto [eadem] invita repetere non [40] potes. S. 5. Id. Febr. *Sirmii*, CC. CONSS. 294.

In quantum maritus, vel ejus heredes conveniantur.

8. Iidem AA. & CC. Salustiæ.

NEc maritus, licet post divortium, in quantum [41] facere possit, condemnandus est; postea [42] idoneus factus, qui non reddiderit integrum, residui probabiliter solutionem recusat. At cum ejus heredes [43] in solidum conveniendos non ambigatur, ne cum his solvendo factis experiri non possis, superstitiosam geris sollicitudinem. Datum 13. Kal. April. *Sirmii*, CC. CONSS. 294.

De successoribus mariti.

9. Iidem AA. & CC. Martiæ.

1 Vide *vers. Si vero. supr. h. t.* 2 Id est, soluto ære alieno. ut *Nov.* 22. *cap.* 18. *vers. Si vero.* alias, pura subsistantia est soluta tributis. *l.* 20. §. 4. *inf. de agricolis & censitis. lib.* 11. *tit.* 47. 3 Mulier indotata discordiæ causam præstans marito præstat quadrantem bonorum suorum liberis communibus servandum. 4 Penarum æquitas. 5 *L.* 8. & 7. *supr. h. t. l.* 6. *in fin. supr. de secund. nupt.* 6 De uxore abortum procurante, vide *Nov. Leon.* 31. *Nov. Justin.* 22. *cap.* 16. 7 Mulier olim etiam potest repudiari, si temetum, id est, merum bibiffet. vide quæ scripsi ad *Nov.* 22. *c.* 16. & *tit.* 12. *tab. lib.* 2. *tit. de manet.* §. *vet.* 8 De uxore cum viris libidinis causa lavante, vide *Nov.* 22. *cap.* 16. 9 De muliere quæ vivo marito alios de matrimonio contrahere vult. *Nov. Leon.* 30. 10 *Leg.* Ulpian. 6. §. 9. 12. 13. Actio pellat, *vide d. cap.* 16. adde *Nov. Leon.* 30. 10 *Leg.* Ulpian. 6. §. 9. 12. 13. Actio de moribus pœnalis. *l. un.* §. 5. *vers. Quid enim opus est inducere ob mores retent. supr. de rei uxoriæ act. l.* 5. *ff. de pactis dot. l.* 13. §. 1. *l.* 39. *ff. solut. matrim. l. de marith. 4. C. Theod. uxorie. nupt. l.* 3. *C. Theod. Viduas civiliter agere criminaliter prohi.* Non dubatur heredi de incest. *nupt. l.* 3. *C. Theod. Viduas civiliter agere criminaliter prohi.* Non dubatur heredi & in heredem. *d. l.* 4. *d. l.* 15. §. 1. Mores alii erant graviores, alii leviores. Ulpian. *d. fpc.* 6. 12. *l.* 2. *C. Theod. de repud.* 11 Ex veteri interprete alia etiam circumfertur interpretatio. 12 Hujus constitutionis meminit Justinianus *Nov.* 22. *c.* 18. *vers. Ut non.* Extat autem lib. 28. Βασιλικῶν. 13 *Princ. Inst. de nuptiis.* 14 Filii *Ut non.* Extat autem lib. 28. Βασιλικῶν. 13 *Princ. Inst. de nuptiis.* 14 Filii non possunt fine consensu patris matrimonia dirimere. *dict. Novell.* 22. *cap.* 19. 15 Φιλοσοφώτατος, quem & religiosissimum possis interpretari. *l.* 5. *supr. h. t.*

16 Dixi ad *L.* 24. *D.* 3. 17 Dos soluto matrimonio quo tempore restituenda, & quæ retinentionem dotis veniant, vide apud Costanum *tractat. de dote cap.* 6. 18 Dotis petitio certis casibus impeditur: ex pacto. *l. fi pater.* 12. *ff. de pactis dotal. l. unic. §. Illi procul dubio.* 6. *supr. de rei uxoria act. Novell. de Sanctiss. Episcop.* 123. *c.* 39. si in ritus dotem non accepit. *l. maritus.* 52. *ff. solut. matrim.* si matrimonium distractum culpa mulieris ipsius. *l. Lucius.* 38. *ff. h. t. l. fi dotem.* 24. *supr. de jure dotium. l. consensu.* 8. *supr. de repud. & judicio de mor.* quoties sine causa mulier divertit. *d. l. consensu.* 8. Si dos evicta sine culpa & dolo mariti. *l. Mævia.* 49. *in fin. ff. h. t.* propter adulterium uxoris. *d. l. consensu.* 8. *l. pen. in fin.* ℣. ad leg. *Jul. de adult. cap. plerumque. extr. de donat. inter vir. l. milites.* 11. *l. socer.* 3. *ff. ad leg. Jul. de adult.* Quid? dos hoc ultimo casu ante retineri ab heredibus mariti? non posse cenfet Bartolus, Baldus, Raphaël, Imola, Carpfensis in *l. res.* 15. §. 1. *ff. h. t.* Campegius *de dote part.* 3. *q.* 216. vide Costanum, *d. c.* 6. *num.* 27. Quid si mortuo mario fisprum admiserit mulier? Cosset quod *d. loc.* putat dotem retineri, at non condici posse: ducta argumentatione a donatione antenuptiali. *l. cum multo.* 20. *supr. de donat. ante nupt. l. ult. supr. de dotis promiss.* Quid? mulier num dotem amittit ob olcalum alteri concessum? Baldus ita censet, quod eidem Costanus dissentit *d. c.* 6. *in fin.* 19 Tituia dedit marito ancillas æstimatas, ea lege, ut si soluto matrimonio extent, reddantur. Extant ancillæ, extant & earum partus, debentne etiam Titiæ partus? debentur. 20 *L.* 31. *ff. h. t.* 21 Succellor omnis munere etiam fiscus, ad dotis restitutionem tenetur. 22 *L.* 7. *inf.* ℣. 34. *ff. h. t. l. tunc.* §. 13. *supr. de rei uxor. act.* ℣. 14. *ff. ad leg. Falcid.* ℣. 34. §. 6. *ff. de solut.* dixi ad Ulpian. 6. §. 4. 23 *L.* 22. *in fin. ff. h. t.* 24 Nota ex hac lege quod uxor duci virum. 25 Spurii sunt quibus pater est incertus. 6. 12. *Inst. de nupt.* Incerta est patris conditio, in hoc themate igitur liberi spurii. Est tamen in voce *Incertum*, manifesta ἀμφιβολία. 26 Nati ex libera, & ex eo qui liber esse existimabatur, spurii ingenui. Vide *l.* 6. *inf. de suis & legit.* 27 Vide ad hanc legem Costanum *tract. de dote*, *c.* 6. *n.* 3. Gomb. Adde Anton. Tessaur. *decis.* 190. Ant. 28 An & adventitia? dicam in *l.* 5. *inf.* 29 Nullis relictis liberis. hanc additionem recepit usus, ut nos dicam. 30 Idem in matrefamilias (id est, filia emancipata) obtinet, ut Theodorus adnovit. Facit *l.* 5. §. 11. *ff. de jure dot. l.* 5. *ff. de divort. & repud. l.* 10. *l.* 59. *ff. solut. matrim.* Quidam etiam hic exigunt vocem *familiæ*. 31 Soluto morte filiæ matrimonio, profectitia dos ad patrem, qui eam dedit, redire debet. *l. ult.* 3. *comm. utriusque judic. l.* 6. *ff. de jure dot.* Quid si filia relictis liberis mortua? Bulgarus ad patrem, qui dotem dedit, dotem eo casu reverti putat. Martinus negat: cujus opinio prævaluit, favet liberorum, ejusdem interest ait: de ea quæstione dixi ad Ulpian. 6. §. 4. His adde Fulcatul. 7. *Cuptidin.* 2. 3. 4. Quid si divortio solutum est matrimonium? dixi ad Ulpian. *d. loc.* 32 Sed quomodo probabitur defuncta? Bartolus ita distinguit. Fundata, inquit, intentionem fuam ex vita aliquius, debet probare ipsum vivere: non probare sufficit, ipsum vivum fuisse. Fundans autem intentionem fuam in aliquius morte, mortem probare cogitur. *l.* 2. §. 4. *ff. de test. & quemadm.* Posfunt eo casu produci testes, qui dicant se vidisse eum, de quo agitur, mortuum vel sepelisse. Potest etiam mors probari, si tempus annorum centum elapsum fuerit, ex quo non vifus fuerit. *l.* 23. *ppr. de sacros. eccles.* Potest & per famam civitatis vel loci in quo dicitur quis esse mortuus mors ejus probari. *l.* 30. §. 3. *ff. de adquir. vel omitt. hered.* Plura vide apud Menchium 6. *præsumpt.* 29. *ubi plenissime explicat, quamdiu homo vivere præsumatur.* 33 Aliud ergo si in stipulatum non fit deducta & ita dos adventitia, mortua in matrimonio mulierc, semper penes maritum remanet. *l.* 1. *supr. ff. adversus. dot.* Ulpian. 6. §. 4. *l.* 22. *ff. de religiosis & sumpt. fun. l.* 23. *ff. de evict. l.* 20. *ff. de cond. insti. l.* 5. *ff. de damnat.* Cornutus in Perfium: *Dos*, inquit, *a vive Romano data, non potest dotis nomine; si præpudium non intervenit, post mortem uxoris ad maritum pertinet, tolose ipse jure. l.* 15. *ff. de fundo dotali.* nisi dos specialiter sit receptitia. Ulpian. *d. loc.* vide Cujac. 9. *observ.* 34 Deceptis in æstimatione dotis mulieribus succurritur. *l.* 12. *ff. de jure dot. l. Ezlog.* 1. *cap.* 3. 35 Datur enim beneficium legis 2. *supr. de rejudic. simil.* Nam qui rem dat æstimatam, vendit: & æstimatio, venditio est. *l.* 1. *ff. de æstimatoria. l. unic.* §. 9. *in fin. supr. de rei uxor. act.* 36 Beneficium legis 2. *supr. de rejudic. vendit.* datur emptori: *ut hic, & l.* 46. *in fin. ff. de solut. & liberat.* Emptori, inquam, seu mario cui dos pluris æstimata data est. Nam qui rem æstimatam accipit, emptoris loco habendus est. *l.* 22. *ff. de action. rer. amot.* Est enim æstimatio venditioni similis. *l.* 7. §. 1. *ff. de publicanis.* Imo emptio est. *l.* 10. §. 4. *ff. de jure dot. l.* 1. *C. de rescind. vendit. l.* 1. §. 13. *ff. si quid in fraud. patr.* Sed tamen Cujac. 17. *obs.* 1. negat, simpliciter rem esse quod dicitur, Emptori dari beneficium legis 2. Concedit hoc nostro themati, restitutionem in aliis, negat, attamen eo nomine differentiam hanc inter venditionem simplicem, & venditionem dotis causa; datur enim hoc themate restitutio venditrici mulieri & emptori martio non tantum ultra dimidium, sed etiam modice deceptis. vide omnino *d. l.* 46. §. 1. 37 Res in natura esse dicitur, quæ extat: aliter in re non natura. *l.* 17. §. 2. *ff. de action. rer. amot.* adde *l.* 26. *ff. de pactis homin.* Galli genus hominum loquendi obtervant, *La chose est encore en nature.* 38 Peculium ait Ulpian. 6. §. 2. *ff. de donat.* & ita legit Thalelæus: nisi pecunia singulariter his adjiciatur pro peculio. vide Cujac. 17. *obs.* 6. 39 Dotem profectitiam constante matrimonio repetere non potest etiam consentiente filia: dissoluto vero, ea invita. *d. l. ult.* §. 3. *ff. de solut. & liberat.* 40 *L.* 12. *ff. h. t.* 41 Dotis relictæ nomine convenitur maritus locupletior factus: atque ita novæ facultates maritum non commutat: fidemque magis alieno homini, id est, fidejussori habeat, quam amicitiæ fidei quæ communi. *l.* 2. *ff.* E-dem ratio adfertur in *l.* 8. *supr. de pactis conventis.* adde Molinæum *de usuris n.* 314. ubi scribit fidejussorem dotium propter frequentiam matrimoniorum non admitti: quod his adsidlis, brevi posit contingere civitatis unius vel provinciæ civcs, aut incolas omnes, mutuis fidejussionibus institutos esse: qua ex re lites in immensum dubio procul orirentur.

24 Dixi ad *L.* 24. *D.* 2. adde *l. ult. in fin.* T. *de furt.* adde *l.* 52. *ff. de furtis.* 25 Hoc adito nascitur ex delicto. *l.* 21. §. 5. *ff. h. t. l.* 52. *ff. de re judic.* ex divortio, id est, a divortio. *l.* 17. *ff. h. t.* 26 Compensationes aquitate nituntur. *l.* 7. *ff. h. t. l.* 24. §. 6. *ff. solute matrim.* 27 Mutuæ petitionis objectio compensatio est, & proinde quarum rerum inter fe compensatio non est, nec retentio nec mutua petitio est. 28 De mutuis petitionibus apud eundem judicem, vide *l.* 11. §. 1. *ff. de furtis. l.* 34. *ff. de precar. l.* 38. *ff. mandati. l.* 15. *ff. de excepti. rei jud. l.* 1. *in fin. ff. de exercitor. vel institorib. Nov.* 96. 29 Rerum amotarum adhio post divortium datur. *l.* 4. *in fin. ff. h. t.* 30 Adito rerum amotarum datur etiam in maritum. dixi ad Ulp. 7. §. 2. 31 Promittitur. Cujac. ita legit 17. *obs.* 6. 32 *L.* 23. *ff. h. t.* 33 Idque in simplum. *l. ult. in fin. ff. de serv. corrupt.* 34 Vide *l. ult. in fin. ff. de furtis.* 35 Facit *l.* 27. §. 30. *ff. ad leg. Aquil.* 36 In heredem condictio furtiva penalis non datur, fed in id tantum quod ad eum pervenit. qua de re Cujac. 7. *obs.* 37 & 13. *observ.* 37 Goth. Adde Ant. Fabr. 2. *conject. l. cit. circa fin.* Ant. 37 Si non extabunt, condicentur. *l.* 17. §. 2. *l.* 26. *ff. h. t.*

38 *Addicere* verbum est prætoris: ut & do, dico: Addicere bona, est collocare penes alium, eumque bonorum possessorem facere. 39 Addici dotis causa bona mariti muliori non debere, si relictis heredibus maritus decefferit. Si vero nullo relicto heredecefferit, tunc fecundum jus indemnitati mulieris, quantum fieri potest, consulendum. *Syn. Basil.* 29. *tit.* 1. *ex lib.* 28. *tit.* 11. *c.* 28. *ff.* & Harm. 8. §. 22. dixi de hoc casu ad *l.* 6. *ff. de bon. auct. jud. poss.* 40 *L.* 12. *ff. de rebus aut. jud.* 41 Dixi ad *l.* 22. *D.* 5. 42 *L.* 11. *ff. h. t. l.* 1. *supr. solut. matrim.* aliud futurum est, si nihil de electione convenit. *l. ult. ff. de pactis dotal.* 43 Lex Julia vetat fundum dotalem alienari. *l. notes.* 6. 15. *supr. de rei uxoriæ act.* 44 Alienatio. Hic verbo pro actu usus intelligitur, per quem dominium transfertur. *ut hoc.* adde *l.* 28. *l.* 67. *ff. de verb. sign.* quia continetur quoque testamentum. *l.* 8. §. 2. *supr. de secundis nupt.* 45 Id enim fit sponte & ad alienationem eo actu perveniur. *l.* 18. §. 2. *ff. de captiv. postl.* 46 Id fit necessario. Idem accidet in provocatione communi dividundo, quæ fit pupillarium rerum causa. *l.* 17. *l. de pred. minor. l.* 7. *ff. de reb. cor. qui sub tutela.* vide quæsum in hunc locum apud Cujac. 7. *obsero.* 23.

47 Per fcum divitiorem quidam fieri volusse hinc videtur, puta ut mares apud matrem, fœminæ apud uxorem alerentur. 48 In arbitrio judicis est, ut uxor apud patrem, an apud matrem liberi sint educandi, apud eum tamen esse debebunt semper cujus innocentia probata fuerit. *Novell.* 117. *cap.* 7. & apud matrem interdum fatius fuerit liberos educari quam apud patrem. *l.* 1. §. 3. *ff. de liber. exhibend.* vel apud fratrem. dixi ad *l.* 11. *supr. communia utriusque judicii.* De his vide plura apud Menochium *de arbitrar. judic. cap.* 168.

DOtis actione succedentes [1] mariti super eo, quod ei dotis nomine fuerat datum, convenire debes. Ingrediendi enim possessionem [2] rerum dotalium, heredibus mariti non consentientibus, sine [3] auctoritate competentis judicis, nullam [4] habes facultatem. S. Dat. 8. Kal. Novemb. CC. CONSS. 294.

De dote socero data.

10. Iidem AA. & CC. Epigono.

SI socero [5] filiæ tuæ dotem dedisti: licet in ejus positus potestate gener tuus rebus humanis exemptus sit: tamen non de peculio, sed in solidum a te, consentiente filia, conventum eum satisfacere oportet. S. 7. Id. Nov. *Heraclitæ*, CC. CONSS. 294.

De morte mariti.

11. Imp. HONORIUS & THEODOSIUS AA. Marciano P. P.

SI [6] constante matrimonio maritus fatali fuerit sorte consumptus: dos, quæ data dicitur, vel promissa, ex ejus uxoris facultatibus, ad [7] eandem revertatur: nihilque sibi ex hoc defuncti heres audeat vindicare, quod ad mulierem recurrere fecit obitus maritalis. Dat. Non. Decemb. *Ravennæ*, HONORIO VIII. & THEOD. III. AA. CONSS. 409.

Hic notatur in vet. lib. manuscr. Græcas constitutiones desiderari, quod etiam ex 28. *lib.* Βασιλ. *constat: cum vero earum sententia nondum sit nobis satis perspecta, nec etiam ordo, satius est expectare a Cujacio ipsorum quos habet* Βασιλικῶν *librorum editionem, ex quibus illæ, ut aliæ plures, quæ in hoc Codice desiunt, peti poterunt.*

TIT. XIX.

SI DOS CONSTANTE MATRIMONIO SOLUTA FUERIT.

Dos constante matrimonio non potest uxori restitui: restituta cum fructibus interim perceptis repetitur. Salic.

1. Imp. HONORIUS & THEODOS. AA. Mariniano P. P.

SI [8] constante matrimonio a marito [9] uxori dos [sine [10] causa legitima] refusa est (quod legibus stare non [11] potest, quia [12] donationis instar perspicitur obtinere) eadem uxore defuncta, ab ejus heredibus [13] cum [14] fructibus ex die refusæ dotis marito restituatur: ita ut proprietas ejusdem liberis ex eadem susceptis [competentes] alienari contra leges a marito non possit. Datum 5. Non. Novemb. HONOR. VIII. & THEOD. III. AA. CONSS. 409.

TIT. XX.

NE [15] FIDEJUSSORES [16] [VEL MANDATORES [17]] DOTIUM DENTUR [18].

Satisdatio pro dote conservanda non debet dari: & si est data, non tenet. Bald.

1. Imppp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA. Cynegio P. P.

SIve [19] ex jure [20], sive [ex] consuetudine lex proficiscitur, ut vir uxori fidejussorem servandæ dotis exhibeat: [tamen] eam jubemus aboleri. Datum 8. Nonas Septembr. EUCHERIO & SYAGRIO CONSS. 381.

2. Imp. JUSTINIANUS A. Juliano P. P.

GEnerali definitione constitutionem pristinam ampliantes, fancimus nullam esse satisdationem, vel mandatum pro dote exigendum, vel [21] a marito, vel a patre ejus, vel ab omnibus, qui dotem suscipiunt. Si [22] enim credendam [23] mulier sese, fuamque dotem patri mariti existimavit, quare fidejussor, vel alius intercessor exigitur, ut causa perfidiæ in connubio eorum generetur? Dat. 10. Kal. Aug. LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

TIT. XXI.

RERUM [24] AMOTARUM [25].

Maritus convenitur actione de dote pro rebus amotis potest compensationem objicere. Salic.

1. Imp. ALEXAND. A. Polydeucæ.

COmpensationis [26] æquitatem jure postulas: non enim prius exolvi quod debere te constiterit, æquum est, quam petitioni mutuæ [27] responsum fuerit: eo magis quod ea te persequi dicis, quæ divortii causa amota quereris. Cum igitur apud competentem judicem ex stipulatu conveniaris: apud [28] eundem doce tui juris res ablatas esse. PP. Dat. 5. Kal. Decemb. ALEXANDRO A. III. & DIONE CONSS. 230.

Actio rerum amotarum non competit, nisi soluto matrimonio. Bald.

2. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. & CC. Sereno.

DIvortii [29] causa rebus uxoris a marito [30] amotis, vel ab uxore mariti, rerum amotarum Edicto perpetuo permittitur [31] actio. Constante [32] etenim matrimonio neutri eorum neque pœnalis [33], neque [34] famosa actio competit, sed de damno [35] in factum datur actio. Dat. 5. Kal. Octob. ipsis AA. CONSS. 287.

Successores mulieris tenentur actione rerum amotarum, quatenus ad eos pervenit. Bald.

3. Iidem AA. & CC. Quartino.

DE rebus, quas divortii causa quondam uxorem tuam abstulisse proponis, rerum amotarum actione contra [36] successores ejus non in solidum, sed in quantum ad eos pervenit; quod si res extent [37], dominii vindicatione uti non prohiberis. Data 5. Non. Decemb. ipsis AA. CONSS.

TIT. XXII.

NE PRO DOTE MULIERIS BONA QUONDAM MARITI ADDICANTUR [38], ID EST, IN SOLUTUM DENTUR.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Apollinariæ.

UT uxori pro dote addicantur bona quondam mariti, jure prohibitum est. Sane si [39] nullo relicto successore non idoneus decessit: secundum juris formam [40], quatenus succellionis modus patitur, indemnitati tuæ consulere non prohiberis. Dat. 5. Non. Decemb. AA. CONSS.

TIT. XXIII.

DE FUNDO [41] DOTALI.

Ubi electio est reservata mulieri, fundus dotalis licet æstimatus non potest alienari. Salic.

1. Impp. SEVER. & ANTON. AA. Didiæ.

SI æstimata prædia in dotem data sunt, & convenit, *Ut electio* [42] *mulieri servetur*, nihilominus lex Julia [43] locum habet. Est autem *alienatio* [44], omnis actus, per quem dominium transfertur. PP. Dat. 12. Kal. Mart. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

Maritus non provocat ad divisionem fundi dotalis, sed provocatur. Bald.

2. Imp. GORDIANUS A. Domitiæ.

MAriti, qui fundum communem cum alio in dotem inæstimatum acceperunt, ad communi dividundo judicium provocare non possunt [45], licet ipsi possint provocari [46]. PP. 5. Non. Octob. GORDIANO, A. II. & POMPEIANO CONSS. 242.

TIT. XXIV.

DIVORTIO FACTO APUD QUEM LIBERI MORARI, VEL EDUCARI DEBEANT.

In arbitrio judicis est, apud quem alantur liberi facto divortio. Salic.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Cælestinæ.

LIcet neque noftra, neque Divorum Parentum nostrorum ulla constitutione caveatur, ut per [47] sexum liberorum inter parentes divisio celebretur: competens tamen Judex æstimabit [48], utrum apud patrem, an apud matrem matrimonio separato filii morari, ac nutriri debeant. S. 8. Kal. Jul. *Veronæ*, CC. CONSS. 293.

In AUTHENT. ut liceat matri & aviæ. §. illud. col. 8. Tit. 18. al. 13. Novell. 117. cap. 7.

1 Dixi ad *l.* 3. *supr. de heredit. act.* 2 Soluto matrimonio, dominium rei dotalis revertitur ipso jure, non possessio. 3 Aliud erit, si præfidalis justus vel conventio accedit. *l.* 11. §. *de pign. action. l.* 5. *ff. de pign. & hypoth.* 4 *L. ff. de adquir. vel omitt. possess.* vide *l.* 6. §. 2. *ff. de re judicat.* 5 Competit de dote actio adversus focerum cui dos data est: competit, inquam, in solidum, non de peculio. *l.* 22. §. 12. *ff. h. t.* 6 *l.* 3. *C. Theod. de dot.* 7 Mortuo matito, dos ad uxorem revertitur.

8 Lex ultima superioris tituli, & lex istius tituli, partes duæ sunt unius ejusdemque constitutionis, ut constat ex *l.* 3. *C. Th. de dot.* Lex superioris tituli est de marito mortuo: hæc de uxore mortua. 9 Vel socero. *l.* 1. §. 9. *ff. de dote prælig.* 10 Causas legitimas v. in *Nov.* 22. *c.* 39. & *l.* 73. §. 1. *ff. de jure dot. l.* 20. *ff. solut. matrim. l.* 1. *l.* 8. §. 2. *ff. de dote præleat.* 12 Manente matrimonio, vir uxori donare non potest, non potest igitur matrimonio constante dotem eidem restituere. Talis enim restitutio, donationis instar obtinet. *Nov.* 22. *c.* 39. 13 Extraneis fcil. ut mulier hoc themate videatur extraneos heredes fecisse liberis relicta portione legitima. Cujac. *hic.* 14 Dos constante matrimonio restituta uxori, cum fuis fructibus restituenda est marito. *d. c.* 39.

